

& XX. 88. Verum de clementia & paterna beneficentia, in hoc articulo justitia DEI accipienda est, quia Deus propter Christum remissis peccatis, credentes in eum pro iustis acceptat. Quae justitiae imputatio cum solius DEI opus sit, ideo DEI etiam justitia ab Apostolo appellatur. Rom. 1, 17.

89. Qua de re preclarè admodum differit B. Lutherus noster in prefat. Operum, circa finem sermè, sic scribens; Mire ardore captus fueram cognoscendi Paulum in Epistola ad Romanos sed obliterat hactenus non frigidus circum præcordia sanguis: scilicet unicum vocabulum,, quod est, cap. 1. Iustitia Dei revelatur in Evangelio. Oderam enim vocabulum istud. Iustitia Dei , quod usu & consuetudine omnium Doctorum doctus eram Philosophicè intelligere, de Iustitia , ut vocant, Formali sive Activa , qua Deus est iustus , & qua peccatores, iniustosq; punit. Furebam ergò perturbata conscientia, sitiens scire quid Paulus vellet donec miserente DEO, meditabundus dies ac noctes, connexionem verborum attenderem , nempe, Iustitia Dei revelatur in illo , sicut scriptum est, Iustus fide vivet. Ibi Iustitiam DEI cepi intelligere eam, qua Iustus dono DEI vivit, nempe ex fide, & esse hanc sententiam ; Revelari per Evangelium justitiam DEI , scilicet passivam, quan nos Deus misericors justificat per fidem: sicut scriptum est : justus ex fide vivit.

Hic